



**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas
Gregorii IX. P. M.**

Zoesius, Hendrik

Coloniae Agrippinae, 1691

Titulus VI. Qui Clerici vel voentes contrahere possint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

- Et, impeditur effectus contractus, quia deest animus. Nominis quoque error non viabilit, si de persona conflet arg. lib. 4. De legat. 1.
- 20 Quid si quis aliter non fuerit contracturus nisi postea veritate caussa aut demonstratio-
nis? R. Si absolute confessetur esse nihilomi-
nis validum contractum, nisi error personæ
aut conditionis concurred: si vero non con-
fessetur absolute, sed tantum supposita veri-
tate caussæ aut demonstrationis, non esse ma-
trimonium in conscientia, nec etiam fore in
Ecclesia, si probari possit. Ratio est in def. cœtu
confusus.
- 21 Quid si caussa vel demonstratio adverserit
substantia matrimonii? R. Navartum, in
Summa c. 22, n. 62, velle matrimonium ideo
esse nullum, quod apponens hujusmodi cau-
sam vel demonstrationem non videatur abso-
lute consistente in matrimonium. Verius ta-
men non impedit matrimonium adjectio-
ne ejusmodi caussæ, sive vera sit, sive falsa, v. g.
*Accipio te, quia sterilis es, quia venena procura
firmitatis.* Ratio est, quod quæ matrimo-
nium vitiant aut variant, debant referri ad
substantiam contractus, quo non refertur cau-
sa aut demonstratio, cum tantum spectent ad
terum opinione, quas contrahentes conce-
perunt, vel ad caussas, quæ movent ad contra-
hendum, nec designent consensum in illas fer-
ti. Deinde ut vitiant, se habent ut objec-
tum, aut partem objecti; non habent autem
se taliter, sed antecedenter, & ut motivum ali-
quod, ut non iricent. Et hoc, nisi contingant
errore personæ, aut conditionis, ut, *Contraho
tecum, quia es libera, quia es primogenita;* nam
error circa haec vitiat, inf. Tis. 9. Vid. Sanchez d.
Disp. 19, n. 2.
- Dicta de conditionis, modi, caussæ, de-
monstrationis adjectione etiam obtinent in
sponsalibus de futuro, ex rationibus ante alla-
tis.
- 22 Verum queritur, An sponsalia sub impossibili
bili conditione inita teneant? R. Probabile
est non obligare per absolutam obligatio-
nem, etatione, quod contractus pendens à
voluntate contrahentium, cuiusmodi hic,
non extendatur ultra eorum intentionem:
qui cum noluerint contrahere, nisi sub tali
conditione, non potest ex isto contractu

resultare obligatio absoluta. Deinde qui aliter
non vult se obligare, quam posito eveniu im-
possibili, cogito ut tali, simpliciter se non
obligat, l. Non solum D. de obig. & act. &c. S. i.
impossibilis in fit. Di inutil stipulat. Nihil facit
dispositum in c. fin. b. t. quia loquitur de matri-
monio, quod ponit contractum præsentem,
in quo adiectus eventus impossibilis habetur
pro non adiecto, idque in favorem matrimonii.
Qui favor cum sit in re odio, utpote in
prejudicium apponentis, non est amplius
ad sponsalia, de quibus lex non loquitur. Dis-
paritatis ratio esse potest, quod cum judex du-
biter, an contrahentes intendant abolutè con-
trahere, an vero suspendere consensum in con-
ditionis eventum, periculum sit ex una parte,
ne injuria saltem materialis fiat apponenti
istam conditionem, si contra eum judicetur, ex
altera veò parte, ne fiat injuria Sacramento
matrimonii, si ju dicetur non stare, quod for-
tè legitimum erat. Atqui cum ex ipsis duabus
præponderet Sacramenti dignitas, in favorem
ejus declaravit Pont. matrimonium subsisteret,
conditione ejusmodi habitâ pro non adiecta.
In sponsalibus autem ejusmodi ratio cum non
militet, si quidem non ponant Sacramentum,
eorum non tanta habenda ratio, cum proba-
bili partis periculo, ante conditionem imple-
tam. Accedit, quod in dubio sit melior con-
ditio possidentis; ut, cum de sponsaliorum
validitate dubitetur, nemo sit spoliandus suâ
libertate. Plerique tamen idem ponunt in
sponsalibus, quod in matrimonio, cuius sit
initium, dispositum, ut quod in hoc obtinet,
debet in illo obtinere, lib. Oratio D. De sponsal.
Vide Sanchez d. Disp. 17. Rebell. p. 2. lib. 2. qu. 10.
sect. 5.

T I T U L U S VI.

Qui Clerici vel voientes contra-
here possint.

SUMMARIUM.

1. Circa impedimenta matrimonii contrahendè
an quid laica possit potestas.
2. Impedimenta dirimenti an solus Pont. indi-
cas?

3. Impes-

3. Impedimentum novum dirimens an consuetudine induci possit?
4. An & tolli per Canones possum?
5. An eo casu requisita scientia Pontificis?
6. Impedimenta alia impeditia tantum, alia impeditia & dirimenti.
7. Votum solemne ponit impedimentum dirimens.
8. Quo jure dirimatur eo casu matrimonium.
9. Votum simplex non dirimit matrimonium.
10. Votum simplex castitatis an dirimat sponsalia?

11. Virginem deflorans post votum simplex an eam duco teneatur?
12. Ordo sacerdotis impedimentum dirimens.
13. Idque solo jure Ecclesiastico.
14. Ordo quando non obligat ad continentiam.

INTER quos matrimonium & quomodo contrahatur, traditum haec tenus; nunc aliquot Tit. sequentibus de impedimentis subiicitur, quae faciunt inter aliquos contrahentes posse & contractum non stare. * Hæc, inspecta rei natura, non tantum Ecclesiastica, verum & politica sive laica potestas inducere posset. Nam licet matrimonium sit Sacramentum, cuius determinatio ad Ecclesiam spectat, est tamen & contractus civilis, cuius nomine laicæ quoque potestatis subiicitur. Verum Ecclesia potestatem determinandi circa matrimonii fidelium laicis admetit, sibiique reservavit, propter dignitatem Sacramenti, quod conueniat rerum sacrarum jura & caussas ad solam potestatem Ecclesiasticam pertinere, ab ea pendere & decidi. **Dico**, fidelium; nam matrimonio infidelium & paganorum non subsunt legi Ecclesiastica, & nec ipsi pagani. **cap. Gaudemus inf.** De divorcio, etiam in tertis fidelium Principum habitent; neque enim per hoc possunt censeri acceptasse legem Evangelicam, sed sequuntur leges suorum Principum, sive fidelium, sive infidelium, & tenebuntur impedimentis ab iis statutis, ratione contractus civilis. Latè hac de re Sanchez lib. 7. **Disp. 3.** & Pontius lib. 6. **cap. 1. 2. & 3.**

2 Quætitur autem, An solus Pont. Rom. possit inducere impedimenta dirimenti circa matrimonium? R. Posse quidem videri & Episcopis id licere, cum quod potest Pont. in universo orbe, id Episcopis liceat in suis dioce-

cesibus, in quibus sunt ordinati Pallores susceptis, quæ universalem Ecclesiam humores cernunt, & quæ specialiter sunt relevantiæ Pontificis. Verum aliter habet generalis consuetudo, quæ Rom. Pontifici videtur esse potestatem statuendi hæc impedimenta nam impeditia videtur possit, licet corpus, cum ex causa interdicto pollutum trahatur matrimonium, ut dicitur in Covari hic p. 2.e. §.10. nn. 16. Sanchez Disp. 1. in fine.

Q. II. An consuetudine inducit potestum impedimentum dirimatos? R. Multo verius, quatenus legitimè est præficationis consona; qualis cum habeatur ut dictum supra. **De conjunct. n. 4.** ita licet ea, quæ per legem induci possunt. **See cap. 1. & 3. inf.** De natis ex libero voluntate consuetudinem conjunctio licet missa, dicitur ramen non ferenda. Unde opus scientia Pontificis, cum & fuerit inducatur consuetudo, ut probatum sit. **De conjunct. n. 11.** etiam in sacramentis cum c. fin. d. tit. tantum desideretur, ut & mē præscripta & rat omni consona. **Sanchez Disp. 4. n. 11.**

Q. III. An & consuetudine tollit potestum impedimentum per Canones possum? R. Non videri, non esse eas consuetudinibus nisi. **Quod super 5. inf.** **De confang.** & adiutoria gradus prohibitos non admittunt matrimonium, non obstante consuetudine, admittente scilicet conjugatione, dicitur potestus esse corruptum: ut videtur reprobarata esse, atque iteratione missa. Ita vult Abbas in d. c. 5. num. 4. num. 5. inf. **De cognat.** spiritus, qui admodum debet impedimentum novum inducere per consuetudinem, non etiam tolli, quod sit contra bonos mores; illa vero & bonis moribus respondens. Verummodo alicui probabitur contracta opus, etiam per consuetudinem posse tolli. **Cum cum impedimento, eo modo, quoniam potest, cum contrarium eadem fieri possit.** Nec facit ratio Abbatis, quod diligenter bonos mores; nam hoc vel quæ respondeat per d. cap. 5. vel quia est omnis jus Pontificis. Hoc dici nequit, cum, ut patet ex dictis

*De consuet. & D. sed. n. 29. & seqq. contra leges & Canones confutudo recte inducatur, non etiam illud; nam & reprobata consuetudo potest postea ex nova causa, quae tollat iniquitatem, quae autem suberat, induci, & justificari. Et ita habet frequens & vera Doct. sententia. Præterea potest d. c. s. accipi de conseruando allegata quidem, non tamen probata, aut mala, quia necdum legitimè prescripta, cum, ut pater ex c. fin. sup. *D. censuet.* confutudo prævaleat iuri scripto, prescripta scilicet legitimè & rationabilis. Non potest autem hoc casu dici irrationabilis, cum tantum iuri Pontificis opponatur, nequitque verò aut divino aut naturali, nec quidquam involvat moribus bonis contrarium, cum impedimentum semel positum à lege ut potest tolli per legem, ita & debet posse tolli per consuetudinem. Sanchez. d. Diff. 4. num. 14.*

Q. IV. An eo casu requiratur scientia Pontificis? R. Id aliquos velle, nullo tamen fundamento, cum d. c. fin. tantum requirat, ut sit rationi consona, & præscripta legitimè, nulla autem fiat mentio specialis scientia Pont. ut ea frusta hac in parte desideretur; ut nec desiderati in ulla confutidine, dictum sup. d. tit. *D. censuet.* Covarr. hic p. 2. c. 6. §. 10. num. 36. Sanchez. d. loco.

Sunt autem haec impedimenta duplices ordinis, alia impedientia tantum, alia impedientia simul & dirimentia. Hoc Tit. & aliquor seqq. de dirimentibus agetur: quæ ita dicta, non quod contractum matrimonium dirimant, sed quod efficiant, ut valide non contrahatur. Talia de jure antiquo sunt duodecim, contenta his versibus:

Error, condito, Votum, Cognatio, Crimen, Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Hostias.

S. I. f. Adfinis, si foris coire nequibus.

Accedit ex Concilii Trid. decreto clandestinitas, de qua sup. Tit. 3. vitians quoad modum; ut & raptus, donec durat violentia, de quinque. *De raptorib.* Cum dirimente aliquo impedimento contrahere est peccatum mortale, quod contraveniatur prohibitioni Ecclesiae in re gravi. Hoc Tit. agitur de impedimento, quod ponit Votum & Ordo; quæ duo cum sint adfinis, & alterum ex alterius intel-

ligentia dependeat, recte hic conjunguntur. Votum aliud solenne, aliud simplex, ut dictum super *De voto.* Illud ponit impedimentum dirimens matrimonium subsecutum c. l. 7 & fin. h. s. c. unico *De voto in 6.* Imò & praecedentis matrimonii non consummati vinculum dissolvit, secundum dicta sup. *De convers. conjug.*

Quæritur autem, Quo jure contingat ista dissolutio? R. Esse, qui jure divino id fieri adferant, propter solemnem, quæ intervenit, traditionem, traditum enim uni eo jure alteri tradi nequit: rectius tamen iuri humano Ecclesiastico id adscribi. Covarr. hic p. 2. c. 7. §. 4. num. 7. Barbosa ad Rubr. *D. Soluto marrim.* p. 2. num. 98. Et probatur, quia non habet hoc ex natura voti, cum alias & simplici voto idem adscribendum fore, quod tamen patet ei minimè competere. Unde solemnitati id tribendum, quæ statuto Ecclesiastico est introducta, quo sublato, nullum esset votum solenne. Quod probatur ex d. c. un. *De voto in 6.* ubi voti solemnitas dicitur inventa ex sola constitutione Ecclesie. Patet idem ex c. *Rufus pen. b.* t. ubi dicuntur, quoad Deum non minus obligare non soleme, quam soleme: nusquam autem legit illud ponere impedimentum dirimens; imò impetrare quidem contahendum, non tamen contractum dirimere, expressum est c. 3. & b. tit. Ut hæc distinctio recte attribuatur statuto Ecclesiastico. Et hoc, quatenus est Religionis per Sedem Apostolicam approbatæ, quia alias non habet istam vim, d. c. un. *De voto in 6.* Nihil facit traditio, quæ intervenit, nam hac in materia est alterius conditions, quam in materia iusticie. Imò eam compatitur matrimonium, ut pater in conjugato, qui potest aliquor casibus profiteri, manente nihilominus salvo matrimonio vinculo Vid. Sanchez. d. l. 7. Diff. 20.

Voto itaque simplici non adest idem effectus, per quod adquiritur quidem jus ad rem, non tamen in rem, propter cessantem traditionem. Unde postea ali vovens se valide tradit per matrimonium, arg. l. *Quoties Cod. De rei vindic.* Licet non sine peccato, cum semel Deo promissum sit præstandum. can. *Qui bonavit. qu. 15.* quia grave Deo datum fidem saltere. Ponit tamen votum simplex impedimentum

F ff tum

tum impediens matrimonium, d. c. 3. & 6.
habetque effectum dirimenti sponsalia, si-
five præcedentia, sive sequentia. Quod om-
nino verum est in voto Religionis, cum obli-
get ad re n statui matrimoniali contrariam.

Quæstionis autem est, An & vorum sim-
plex castitatis dirimant sponsalia? R. Ese qui-
dem voto simplici præcedentiam irritandi
sponsalia subsequentia, c. Rursum h. t. quod
concentant rei illicitæ promissionem, quippe
jam alteri promissæ, non tamen eamdem vim
propositam esse voto cohibitus in saeculo fer-
vandi; nam istud non ponit obligationem
quoad præcedentia sponsalia. Quia sententia
juri est conformior, & pro ea adducitur tex-
tus in e. Veniens s. h. t. in quo mulieri voeotæ
postea de fide sposo mentita satisfactio est in-
dicenda; quam indici non est necesse, si
sponsalia dirimantur per vorum subsequens.

Præterea non videtur res ista talis, quæ sub
vorum cadat, cum alteri debatur, cui non
debet fieri præjudicium, ut Deo ejus facta pro-
missio non tenet. Nec facit quod aliter se

res habeat in voto Religionis; nam si conces-
sum ingredi Religionem post matrimonium,
quidam & post sponsalia? cum hoc vatum se
habeat eo modo a sponsalia, quo solemne ad
matrimonium Abbas d. c. Veniens num. 5. Na-
var. in Summa cap. 12. num. 17. Inoc. ad d. c.
Rursum, Sanchez 1. Disp. 46. num. 9. Hinc &
vorum de suscipiendo Ordine sacro non libe-
rat a sponsalibus, cum Ordinio quidem sit ad-
nexum voto, per se tamen simplex, & qui-
dem castitatis, quod, ut dictum, sponsalia

non solvit in detrimentum alterius.

Alia quæstio est, Ao qui post voto sim-
plex virginem defloravit, tenetur eam duce-
re, non obstante voto simplici? R. Ita rectius
dici, cum vorum non obliget, rebus notabili-
ter mutatis, utrū hic, propter vinculum justi-
tiae, quod supervenit, & gravissimum proximi-
mi damnum prevalens voto; si tamen jubea-
tur eamducere per judicem, ut dicitur infra De
adult. & mulier ignoraverit voto; nam si sci-
vit, habet quod sibi imputet, Sanchez 1. Disp. 45.

12 Alterum impedimentum, de quo hoc Tit.
ponit Ordo; qui aliud major aliud minor, ut
dictum sup. lib. 1. Ille præcedens ponit impedi-
mentum dirimens, propter tacitum continen-

tiæ votum ordinis sancto adnexum, c. 1. Dr.
to in 6. Dico præcedens; quia sequens tollit vinculum matrimonii.

Dubitatur autem, Quo jure his ob-
hoc impedimentum? R. Veius sic, sed
Ecclesiastico esse inductum, cum nulla
re divino inveniatur præceptum arcu-
que repugnat Sacerdotio matrimonii
compartiatur, uti patet in Sacerdotiorum
Testamento, & in Grecis Sacerdotiorum
decretis, quibus est permisus matrimonium.
Et licet a temporibus Apostolorum ipso
in Ecclesiæ, ne promoti ad Ordinem
matrimonii, inde tamen non sequuntur
divini, cum ab Apostolis statutorum recte
Ecclesiastico attributus. Sanchez 27. Disp.

Dicta de impedimento ex ordinis
ne vera sunt, quatenus quis voleat oculi
bus est initiarus. Nam si iustus mem-
venit, ille faciet talem non reuelan-
tiam, arque ita matrimonium obli-
tum teneri, secundum dicta sup. de la p.
¶ idem de ordinato in infansacione
quia non potuit se obligare, ob delici-
sus. Quid & videtur dicendum de ergo
pubertatem ordinatus, licet sensim
habente, per text. in can. 1. & can. illa-
1, ubi ante puberterem emulsum voto
non tenere, ut dictum sup. De erhalteno
& mulier. num. 11. ubi & dictum maxima
lationem Ordinis irritam non inducere
contineendi, sive irrita fit respon-
sus alicujus substantialis, sive qua-
estio facta à non Episcopo: ut non pecunie
ordinatus, cum ne quidem voto impedi-
sit dici obstrictus. Vid. Sanchez 7. Disp.
num. 13.

TITULUS VII.

De eo, qui duxit in matrimonio
quam polluit per adulterium.

S U M M A R I U M.

1. Machinatio mortis alterius conjugio
impedimentum dirimens.
2. Item adulterium cum alterius machinatio-
3. Adulterium cum promissione di-
quando ponat hoc impedimentum.